super solium dauid. & ascendentes in curribus & equis. ipsi & principes
eorum uiri iuda & habitatores hierusalem; Et habitabitur ciuitas haec
in sempiternum. & uenient de ciuitatibus iuda. & de circuitu hierusalem
& de terra beniamin. & de campestribus. & de montuosis. & ab austro
portantes holocaustum & uictimas. siue thymiamata & sacrificium.
siue manna & tus. & inferent oblationem siue laudem in domū dñi;
Si autem non audieritis me ut sc̄ificetis diem sabbati. & ne portetis onus
& ne inferatis per portas hierusalem in die sabbati; succendam ignem
in portis eius. & deuorabit domus hierusalem & non extinguetur;
Ne p̄ceptum sabbati instauratū per hieremiam. in frustra discerpe
rem totū ponere placuit. ut simul omnia cognoscamus; Custodit animā
suam qui non portat pondera peccatorū in die quietis & sabbati. nec
infert ea per portas hierusalem; quas uirtutes debem⁹ accipere;
Et nolite inquit eicere onera de domibus uris; Non enim portanda sunt.
sed penitus abicienda; Et omne opus ne faciatis. uel seruile uel illud
de quo scriptū est; Esca uentri & uenter escis. dš autem & hunc & illā des
truet; Sed illud opus operandum de quo saluator loquitur; Opera
mini opus quod non perit; Sc̄ificate inquit diem sabbati. ut omne
tempus uitae nr̄ae in sc̄ificationē ducamus; sicut fecerunt patres nr̄i
abraham. isac. & iacob; Cumq; ista p̄ceperit dš. non inclinauerunt
aurem suam. mentis utiq; non carnis. sed indurauerunt ceruicem suā
reicientes iugum legis. & p̄ METAΦOPAN indomitorū animalium
habentes similitudinem; Uideamus quod sit p̄mium eorū qui non
portant onera in die sabbati. & sc̄ificant illum; Ingrediuntur ait per

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0176